

IUSTI LIPSI
EPISTOLARVM
SELECTARVM
CENTVRIA QVARTA
MISCELLANEA
POSTVMA.



ANTVERPIÆ,
EX OFFICINA PLANTINIANA,
Apud Viduam & Filios Ioannis Moreti.

CLD. IDC. XL

*Cum Privilegijs Casareo & duorum Regum,
& Principum Belgarum.*

ILL^{MO} ET REV^{MO}

D. IOANNI ANDREAE
PROCHNICO

EPISCOPO CAMENECENSI, &c.

Magni animi & virtutis viro,

CENTURIAM *hancce* LIPSIANAM,

iussus dedicat consecratq;

IOANNES WOVERIVS *Antuerpiensis.*



I amicitiam, quæ in-
ter te, ILL^{ME} DOMI-
NE, & immortalis me-
moræ IUSTVM LI-
PSIVM fuit, eiúsque
principium, progres-
sum, insuper & fructus mecū examino;
illud sanè occurrit, mutuam vtriusq; pe-
ctoris caritatem, in angustum nimis hu-
manæ vitæ momentum incidisse. Imò

IUSTI LIPSI
EPISTOLARVM
SELECTARVM
CENTVRIA IV. MISCELLANEA
POSTVMA.

EPISTOLA I.

I. LIPSIUS MAXAEM. VRIENDTIO S. D.



ARMEN iam alterum à te habeo
mi Vriendti, prius de me (in ijs de
Cruce) alterū ad me, quod recen-
ter nunc & amāter mittis. Vtrum-
que mihi à se gratum. quidni à te
scriptum, homine elegantie & do-
ctrine veteris, & qui, cum Lucretio
— *Museo continguis cuncta lepore?*
sed & ab argumento eagrata, quia
aut estimationem mei habent, aut
amorem. Hoc postremum eximiè, & mittis etiam velut para-
rium amicitiae inter nos conciliandae. Ah mi Vriendti, quàm
ferò, & quàm penè frustrà ! Nam nolo erres, ego te à primo illo
gustu amaui, & certus sum idem mihi à te factum. Conspiratio
quaedam inter nos est (palàm video) non studiorum tantum, sed
animorum & iudiciorum. Itaque amicitia ipsa iam fuit, sed re-
ctior: referanda est & in claram lucem mittenda, te nunc inui-
tante. Fiat cum bono Deo, & Fidium illum inuoco (siue San-
cum à fanciendo vocari placet) me sanctae & verae Amicitiae le-
ges tecum culturum, quamdiu in terris his colam. O multa in

IVSTI LIPSI
EPISTOLARVM
SELECTARVM
CENTVRIA QVINTA
MISCELLANEA
POSTVMA.



ANTVERPIÆ,
EX OFFICINA PLANTINIANA,
Apud Viduam & Filios Ioannis Moreti.

CLD. MDCLXI.

*Cum Privilegijs Cæsareo & duorum Regum,
& Principum Belgarum.*

ILLVSTR^{MAE} STIRPIS,
EXCELLENT^{MAE} INDOLIS
THOMÆ SAMOSCIO
MAGNI IOH. F.
VETERIS AC NOVI SAMOSCI DOMINO,
PRINCIPI IVVENTVTIS.



OSTVMÆ huius, & vltimæ LIPSIANARVM Epistolarum Centuriæ, ILL^M nominis tui gloriã prætexere, THOMAS PRINCEPS, non tam nostri instituti, quàm defuncti Auctoris quasi est mandati. Si enim non tantum quæ istis in paginis plurimis locis de Heroicæ virtutis PATRE tuo scripsit, legimus; sed magis quæ sæpè, imò semper

IUSTI LIPSI
EPISTOLARVM
SELECTARVM
CENTVRIA V. MISCELLANEA,
POSTVMA.

EPISTOLA I.

I. LIPSIVS IOANNI SAMOSCIO, *magno Regni
Polonie Cancellario, & Exercituum Præfecto.*

LLE^{ME} DOMINE, Deum ego te-
stem capio interioris meę volunta-
tis, quàm sæpè adspirauerim ad te
scribere, & cultum promere quem
virtutibus tuis debitum, in isto
velut Vestali secreto clausum ser-
uabam. Adspirabam; sed occasio
numquam fuit, aut rima aperta
per quam erumperet: nunc vide-
tur factum, & Simonides atque
Hilchenius tui, manum præbent, & præcunt vt veniam &
me sistam. Ego facio: scis quomodo Vir maxime? vt si vel ad
Regem aliquem magnum venirem, tui verens reuerensque,
& mixto affectu amans. Profectò in omni genere virtutis tuæ,
in bello, in pace, parem hoc sæculo, imò & superiore: parem?
vix similem habuerunt, & libero ore ac puro iudicio profite-
mur. O Stephanum regem magnum! sed & magno te adiu-
tore & administro: qui alter heros, benè coniunctus cum
heroe illo eras. Fructus Europa vidit, audiuit, & tui etiam nunc
sentiunt: & tu gloriam peperisti, quam edax illud tempus non
absumeret. Quam gloriam, mihi crede, illustrat & auget varia &

ANTVERPIÆ,

EX OFFICINA PLANTINIANA,

APVD VIDVAM ET FILIOS

IOANNIS MORETI.

M. DC. XI.

